



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij  
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||  
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

**Eck, Johannes**

**1534**

**VD16 E 292**

Dom. IIII. post Pascha. Eua[n]. V ado ad eu[m] q[ui] misit. Iohan. 16.  
Homiliæ quatuor

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35259**

116 **DOMINICA III.**

POST FESTVM PASCHAE,

*Euangelium Iohannis. XVI.*



**I**n illo tempore dixit  
Iesus discipulis suis:  
Vado ad eum qui misit  
me, & nemo ex uobis  
interrogat me, quo uad-  
is? Sed quia hæc locu-  
tus sum uobis, tristitia  
impleuit cor uestrum.  
Sed ego ueritatem dico  
uobis, expedit uobis ut  
ego uadā. Si enim ego  
non abiero, paraclitus non ueniet ad uos: si autē  
abiero, mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille,  
arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de  
iudicio. De peccato quidem, quia non credide-  
rūt in me: de iustitia uero, quia ad patrem uado,  
& iam non uidebitis me: de iudicio autem, quia  
princeps mundi huius iam iudicatus est. Adhuc  
multa habeo uobis dicere, sed non potestis por-  
tare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueri-  
tatis, docebit uos omnem ueritatem. non enim  
loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet loque-  
tur, & quæ uentura sunt annuntiabit uobis. ille  
me clarificabit, quia de meo accipiet, & annun-  
ciabit uobis.

POST PASCHA  
HOMILIA PRIM A.

159

**Q**uod iam uobis charissimi in Christo fratres retu-  
limus euangeliū, proluxi illius sermonis, quē do-  
min<sup>o</sup> post cenā habuit, exigua tātum modo pars  
est. Paulo em̄ ante interrogauerat eū Petrus: Dñe, quo ua-  
dis? & Thomas, Domine, nescimus quo uadis. Philippus q̄  
q̄ patrē sibi ostēdi perierat. Et nūc super hęc omnia dñs  
manifeste rediit ad patrē insinuās, ait: Vado ad eū qui  
me misit, neq; hoc tantū eis declarat sed & missionē spūs  
sancti ipsis p̄misit, uolēs sic discipulos suos cōsolar i rur<sup>o</sup>  
& in bono cōfirmare, ut minus cōtristarent ex passione  
sua, nec plane à fide deficerēt. Et quis transitus hic intel-  
ligi q̄at de illius morte, q̄d Chrysof. purat, mihi tamē ut  
detur, illū nō tantū de passione, sed & ascensione sua loq;  
sicut Augustin<sup>o</sup> exponit. unde neq; Beda discedit, uolens  
in superioribus huius sermonis partib<sup>o</sup> Petro & alijs locu-  
tum de trāsitu mortis suæ, cū diceret: Quo ego uado, uos  
non potestis uenire mō. & ad Petrū: Quo ego uado, nō  
poteris me sequi mō, sequeris aut̄ postea, q̄d uerbi<sup>o</sup> Petrus  
etiā ipse intellexit à domino dictū de passione, qua secutu-  
rus eū iā nō fuerat, sed postea tandē, q̄obrem & dixit ad  
dominū, cur id fieret, q̄ sequi illum iam nō posset, quādo  
paratus esset animā q̄q; suam pro eo exponere. Nunc ue-  
ro nō absolute de abitu suo loquitur, sed addidit in super  
quo uadat, scilicet ad eū qui miserat se, quod quis dubitet tunc  
factum, quando tandē ascendit in cælū: Et qd in hoc diuti<sup>o</sup>  
immoramur, quando id ipsum sequētia etiā uerba satis a-  
perte exprimūt, cū dicit, Et nemo interrogat me q̄ uadis?  
Vtiq; enim hoc de transitu ad mortem dictum non est, de  
quo cum supra loqueretur, à Petro & Thoma interroga-  
tus est. De alio igitur abitu locutum eum esse oportet, de  
quo addit, quia nemo ex uobis interrogat me quo uadis?  
Rationē in super adiungit August. quia nubes suscepit eū,  
quādo ascendit ab ipsis, & euntē in cælū nō uerbis q̄sierūt,  
sed oculis deduxerūt. Prope modū ergo sic dicere uisus ē,  
adeo manifesta & oib<sup>o</sup> cōspicua erit ascētio mea & irrefra-  
gabilis, ut oculis illā uestris uosmet uisuri sitis: neq; op<sup>o</sup>

Joh. 13. 14

Chrysof.  
Augustin<sup>o</sup>  
Beda.

Joh. 13.

August.  
Act. 1.

habebitis, ut quicumque interrogetis. Proculdubio illi totis animi uoribus, ut sequi mererentur, optârunt. Hæc facta forte in spiritu præuidens ecclesiastes, dixit: Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur. Vere enim sol iustitiæ Christus dñs ortus est in natiuitate sua, iuxta illud quod prædictum erat, orituram stellam ex iacob. & occidit in passione, rursusq; per gyrum redijt in locum suum altissimæ & indiuiduæ trinitatis, ascendens in cælum. Nō sum omnino nescius, esse quosdam qui hæc uerba, Et nemo ex uobis interrogat me, quo uadis? sic intelligunt, quasi tan toper exterriti fuerint apostoli, ut interrogare etiam non auderent. priorem tamen illam, scilicet Augustini, expositionem probabiliorem existimo magisq; uero consentaneam.

**Chrysost.** 2. ¶ Sed quia hæc, inquit dominus, locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Tristitiam hanc quidam referre conantur ad ea, quæ iam ante prædixerat illis dominus, fore ut iudæi ipsos de synagoga suis eijcerent: & in super quisquis interferturus eos esset, arbitraretur obsequium se præstare deo. inde nimirum uolunt nonnulli, istam eorum tristitiam esse natam, eamq; tantam, ut iam penè fastidium concepissent omnium eorum quæ deinceps loqueretur dominus, non secus ac uas cum plenum est, nihil amplius capit, etiam si ui infundas seu intrudas. Equidem sententiæ huic locum suum facile reliquero. quibus enim hinc plurimum utiq; mœroris conceperant apostoli, tamen hæc ipsa Christi uerba eo penitus non tendunt. unde adducor, ut credam expositionem Augustini

**Augustin.** multo esse commodiorem, quæ uult quoniam apostoli, cum nondum accepissent consolationem spiritus sancti, metuebant ne forte perderent illud extrinsecus in Christo, quod iam in eo habebant, puta corporalem ipsius presentiam. Sicq; omnino quidem hic Christus loquitur de tristitia apostolorum, quam habituri erant, non tamen super eos fuerat dimissurus. Qui sensus ex præcedentibus uerbis domini satis patet, quia iam dixerat, Vado ad eum quem me misit, & nemo ex uobis interrogat me quo uadis? ita timè subiicit, Quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit

pleuit cor uestrum. Ecce causam mœroris & tristitiæ .s. abitum dñi. Præterea sequit̃, Veritatē dico uobis, q̃a expediat uobis ut ego abeam. Quādo igitur primo abitum suum cōmemorat, deinde tristitiā subdit discipuloꝝ: moxq̃ solatur eos, qm̃ discessus iste suus cōmodatur⁹ sit illis, q̃si diceret: Molestum quidem & ingratiū est uobis, q̃d me abiturum dico, sed ideo uos cōrristari nō decet, quinimo gaudere magis eo q̃ expedit uobis ut abeam, ideoq̃ tristitiā isthanc uestrā mittit. Hinc fit ut illam interpretationem Augustini aptiorē putemus, maxime cum & Beda dicat sciuisse dominum, quid hæc uerba in discipuloꝝ suoz̃ cordi

bus agerent, tristitiā .s. magis de abscessu, quo eos desereret, q̃ de ascensu quo patrē peteret, lætitiā generarent. Nunc tandē cōsolando discipulos suos persuadere conatur dominus, ut mœrorem istū abijcerent, cōsiderata utilitate illis ex abitu suo emersura, cum ait, Veritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadā. Non ignarus erat utiq̃ ille, quid ipsis cōueniret magis: sciebat eis uisionem internam plus profuturam externā, amplius q̃q̃ profecturos ipsos, si se oculis potius uiderent pectoris q̃ corporis. Præsciebat ille quo pacto spiritus sanctus sese diffusurus erat, in corda eorum semet insinuans: unde haberiorem fructum acciperent, q̃ ex cōiuctu cōmuni cum Christo. Expediat iraq̃ uobis, ait ille, ut tādē ista serullis forma uestris subtrahatur aspectibus, neq̃ uos me semper sic habeatis p̃sentem. Veritatem inq̃ dico uobis, mētiri nequeo. ipse ego uia, ueritas sum & uita. uerax ego sum, & omnis homo mendax.

¶ Tu uero hic diligentius paulo cōsidera, quantopere Christus discipulos suos deterrere curauit, ne plus æquo solatiū in corporali cōiuctu suo quærerent, quin poti⁹ ut animos suos erigerent ad cōtemplationem diuinitatis.

Quod si hoc in Christo factum est, ut sempiternus æterni patris filius extrinsecus & uisibiliter impedierit in apostolis susceptionē spiritus sancti, quanto magis carnalis uoluptas in nobis præualens obstabit, quo minus capaces simus gratiæ & donorum sp̃s sancti, cum dicat Paulus, carnem uelut ex diametro pugnare aduersus spiritū, & uicissim hunc illi aduersari; Sicut enim aqua extinguit

Beda.

Augustini

Johan. 14  
Roma. 1

Sala. 4.

ignem, ita fluidus humor carnalis concupiscentiæ, delet quicquid in nobis ardoris ignei fuerat spūs sancti & feruoris charitatis diuinæ. Discant igit hinc omnes, qui animos suos pparaturi sunt ad susceptionem spūs sancti, quicquid carnales, immundas & uanas cogitationes pariter & concupiscentias excludere. siquidem in animā maleuolā

**Sapient. 1.** nunq̄ intrabit spiritus sapientiæ, neq; habitabit in corpore subdito peccatis. Tantū corda uult casta & munda, eaq; eleuata in meditatione diuinorū, spiritualium & celestiu, quo nomine Paulus ait, Nos ex hoc neminem secundum

**2. Corin. 1.** carnem nouimus. Et si cognouimus secundum carnē Christum, sed nunc iam nō nouimus. Vbi ille in persona loquitur ap̄torum, qui & ipsi quondā non habuerant uitā contemplatiuam, deo rebusq; diuinis penitus cōformem, sed Christum corporaliter secum habere uel maxime cupierunt: nunc aut̄ illuminati spū dei, omnia in deum dirigūt, dictante id̄ ipsis spiritu sancto, sicut iam ante dixerat, eū qui uiuit, non sibi uiuere debere, sed illi qui pro se mortuus est & resurrexit. Recte itaque hic Beda, Expedi, in

**Beda.** quit, ut notam uobis formam inferam celo, quatenus maiori per hoc desiderio illuc suspireris, sicq; suspensis ad superna cordibus uestris, ad accipiēda iam spiritus sancti

**Chrysost.** dona capaces fiatis. Chrysostomus q; in hunc modū exprimit illa Christi uerba, Non ego ad gratiā loquor, sed licet matorem in modū contristemini, tamen id qd̄ expe dit audiendum est: uos ut adessem uelletis, usus aliud postulat. Exemplum hinc nobis oblatum est, ne cessemus q̄ ad prime utilia sunt recensere proximis nostris, etiā si cōtristentur & moleste ferant dum audiunt.

4. ¶ Particulatius adhuc iam & apertius dominus cōmemorat discipulis, quid utilitatis sperandum sit eis ex abcessu suo & ait: Si non abiero, paraclitus nō ueniet: ubi

**Augustin.** autem abiero, mittam uobis eum. Augustinus hic infert quomodo admirari quis posset Christum, & deum uerū et omnipotentē fuisse, cur itaq; spiritū sanctum mittere nō potuisse adhuc uiuentem in terra. Quid q̄ existente tunc in terris filio, etiam spūs sanctus iam tum adfuit, cū credibile nō sit, filiū sine patre esse & spiritu sancto, sicut ip̄met testatus est, dicens, Pater in me est, & ego in patre;

**Johan. 14.**

Deinde iam ante quoq; uisibiliter apparuerat spiritus sanctus supra Christum in baptismo. Quod si ergo ad ipsum uenit, quid prohibuerit, quo minus praesente illo uenire potuerit in discipulos?

¶ Cyrillus quoq; turbari posse ait simplicem aliquem. **Cyillus.**  
 Nam si melius erat Christum abire, praesentia sua non nihil obfuisse uidebit, cur ergo tanto tempore praesens fuit? Responsum ad istam interrogationem, rationem prius reddam, cur Christus noluerit spiritum sanctum dare in sua perfectione discipulis, dum adhuc cum ipsis uiueret. hinc enim statim patebit responsio ad quaerita.

1. Primum itaque in causa fuit ruditas discipulorum, qui considerato solo illo corporali consortio Christi, parum aut nihil attendebant diuinitatem eius & caelestia. eo quod nondum erant eleuati charitate spirituali, sicut Paulus ad Corinthios testatur, & nos paulo antea ex ipso adduximus. **1. Corin. 5**

2. Deinde ex propria conditione diuini praesidii, quod in magna necessitate maxime relucet. siquidem dominus adiutor est in tempore, ut ait David, opportuno. Et iterum, Pater meus & mater mea dereliquerunt me. dominus autem adsumpsit me de inimicis meis. **Psalm. 9**  
**Psalm. 26.**

Quandiu ergo apud eos dominus minus agebat, satis auxilii ex ipso habebant, neque aliena ope indigebant. Vbi primum autem discessurus erat ab illis, iamque plurimum eis persecutionum & tribulationum immineret, tunc tandem diuina ope & alio opus habebat auxiliatore. Quapropter dixit dominus, Ego rogabo patrem, & alium paraclitum mittere uobis. Ecce alium, quando antea Christus ipse consolator eorum fuerat. **Johan. 14**

Profecto autem ita res tunc habebant apostolorum, ut fieri solet, cum mater infantem ab lactare instruit, tum etenim illum adhuc tenellum lacte pascit, mox subtracto lacte, cibum adhibet subinde solidiore, ut sic membra illius robustiora paulatim efficiant. Ad eundem plane modum Christus discipulos suos primum lacte enutriuit corporalis suae praesentiae, deinde cum iam illi solido cibo pascendi essent rerum sublimium, etiam lac eis subtraxit, dicente Isaia: Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? Ablatos a lacte, auulsos ab uberibus. **Isaie. 25**

3. Tertia causa reddi potest ex consideratione dignitatis Christi, quia ut Augustinus dicit, **Lib. de trinitate dec.**

Christus in quantū hō, potestatem nō habebat mittere sp̄m sanctū, sed ut deus. Quā diu autem ille cū discipulis suis uiuebat, pro solo homine habebatur, ideoq; ne suspicio hinc nasceretur, pug; hominē posse etiā cōferre sp̄m sanctū, Christus noluit dare sp̄m sc̄m, nisi post illam stupendam & potentissimam suam ascensionem, sicut Iohannes dicit, spiritum sanctum ideo nondum datum, q; neq;

Johan. 9

Christus dum glorificatus erat. Aliās suspicari statim quādam potuissent, quod & Macedoniani deinceps fecerunt, spiritum sanctum seruū dei esse: quā in signis tū blasphemiam, tum cōtumelia est spiritus sancti, sicut hic pulchre et suo more adfabre inducit Chryostom⁹. Id em̄ si sic esset,

Chryost.

quantulo p̄staret dñm abire & suo loco mittere seruū? Taceo q; nō sufficientem cōsolationē ex illo accepissent discipuli, si non uerus etiam deus extitisset. 4. Postremo alia adhuc causa dari pōt, eaq; huiusmodi, ut sic unitas ecclesiæ cōseruaret. in hoc enim teste euāgelista præordatum est diuinitus, q; Iohannes nullum omnino fecit miraculum, ne. s. populus distraheretur à Christo, & sic excellens Christi eminentia clarius in Iohanne ueluti transacta uideretur, q; relucere in Christo. Ad hæc, Christus iam

Johan. 10.

iam discipulis suis promiserat, illos opera facturos etiam

Johan. 14

maiora ijs, quā ipse fecisset, si igitur presente Christo miracula huiusmodi fecissent apostoli, cogitare potuissent simplices, eos Christo maiores esse: sicq; dissensio exorta fuisset & schisma inter fideles, cum ita unitas permaneret inter eos, unum omnibus Christū prædicantibus, prædicationemq; suā uirtute spūs sancti per subsequētia signa confirmantibus.

5. At nos nunc tandem respondeamus ad quæstiones iam supra inductas. Et primū quidē poterat Christus spiritum sanctum etiam ante ascensionem suā mittere, nihil minus q; post eam, noluit tamen ex rationibus iam adductis. quandoquidem neq; discipulis cōmodum semper erat, q̄s antea desuescere oportebat à facte, ut tandem spirituales fierent homines, nec quicq; carnale saperēt. 2. Ad secundum, & hoc uerum esse adserimus, q; ubiq; sic spiritus sanctus sua diuinitate, iuxta prophetā, cælum accendit implens, in donis tamen suis à Christo sub uisibili signo



sanctus est: unde apostoli illustrationē scientiæ acceperunt, cognitionem linguarum, robur & firmamentum aduersus mundum, & uirtutem miraculorum. Ad id porro quod tertio loco quæsitum est, dicimus apparuisse quidem in baptismo Christi spiritum sanctum, dedisseque illi testimonium quia filius dei sit, & simul aquas sanctificasse in sacramentum baptismi. Cur autem in hunc modum datus non sit apostolis ante Christi ascensionem, tam supra adsignauimus causam. 4.

Caro tunc ad quartum ex Cyrillo respondemus, cuique rei **Cyillus.**  
tempus suum esse commodum, atque adeo omnia esse bona **Eccles. 3**

in tempore suo. Aderat igitur dominus in hoc mundo corporaliter tempore opportuno, & rursus quando ut ille nouit oportebat, ad patrem corpore rediit. Hominem fieri filium dei oportebat, ut nos omnes redimeret, ubi nos omnes sumus in Christo ratione humanitatis; id ille fecit non tantum ut peccata nostra deleteret, sed etiam ut naturam nostram sanctificaret, simulque ut antecessor nobis & exemplar foret bene recteque uiuendi. siquidem omnis illius actio, instructio no-

est. Neque minus uero abscessus quoque ipsius utilis **Gregor. 9.**  
fuit, quoniam non a peccatis tantum mundare nos uoluit, sed & in cælum usque perducere, atque angelici consortii facere

participes, sicut Paulus asserit eum ascendisse in cælum, ut **Heb. 9.**

nobis appareret in conspectu dei. Omnibus itaque per illum transactis, quæ ut homo facturus erat in terris, reliquum fuit ut ascenderet in cælum ad deum patrem, faceretque ut nos sedere

possemus in cælestibus in Christo Iesu. **Ephes. 2.**

Uere eò pertingere nequimus, nisi conformari prius fuerimus in solidam

uitæ nouitate: quod demum per gratiam & donum spiritus sancti fieri poterit, non aliter ac Saul conuersus est in alium ho-

minem, iam iam adsecutus spiritum sanctum: & sicut Paulus refert, **1. Reg. 10**

quia & nos reuelata facie gloriam domini speculantes, in **2. Corin. 3.**

eandem imaginem transformabimur à claritate in clarita-

tem. Sicut ergo quædiu opportunum uisum est tempus Chri-

sto, mansit ille cum discipulis: ita appropinquante tempore

spiritus sancti, ascendit itaque ad patrem filius, & liberam spiritus

sancto reliquit operationem. 6. Hæc omnia claudamus cum

illa sancti Augustini sententia, qui uult tantisper discipu-

los accipere non potuisse spiritum sanctum, dum immorabantur

Christum cognoscere tantum secundum carnem, quomodo Paulus quæque car **1. Corin. 13**

nem Christi agnoscebat nō secundū carnē, qui tamē spiri-  
 tualiter nō ignorabat etiā uerbum carnē esse factū: siqui-  
 dem adeo purus est spūs, ut nō cōfirmet nisi in rebus ad-  
 modum spūalibus. Porro & si corporaliter illos deserue-  
 rit dñs, tamē spiritualiter deinde cū spū sancto pater q̄q̄  
 ad eos descendit & filius. quo em̄ mō sibi constaret aliās,  
 qd̄ p̄misit dominus se cū ipsis mansurū usq̄ ad seculi con-  
 summationē? Aut ubi etiānum impleret illud qd̄ dixerat,  
 quia ad eū uenimus, & mansionē apud eū faciemus? Quo  
 nomine uos q̄q̄ dilectissimi in Christo fratres animā ad-  
 sectumq̄ uestrum in deū erigite, neq̄ cogitate, O si & ego  
 tūc tēporis uixissem, O si tunc in Iudæa fuisset. Christūq̄  
 in carne uidissem. Nihil em̄ uobis per hoc ademptum est,  
 nihil diminutū, licet p̄clarum qd̄ & eximiū spectaculū ex-  
 istat, Christū uidisse incarnatū, quia sic dixit ille pleroseq̄  
 reges & p̄phetas oprasse, ut uiderent illū & audirēt sicut  
 apli, neq̄ tamē uel uiderunt uel audierunt. Tu tamen id  
 admodū ne desideres aut apperas. siquidē eorū etiā nōnul-  
 li qui cum Christo uixerunt, perierunt, ut Iudas, Pilatus,  
 Annas, Caiphas & magna pars Iudæorū. Quin potius ma-  
 gna cura uide, ut iuxta dñi uerbum ipse q̄q̄ gratiā accipi-  
 as spūs sancti, & simul cū illo Christū dominū. Magnus  
 Marthæ honor fuit, & plurimum ei inde accessit digni-  
 tatis, qd̄ Christū hospicio excepit. Tu q̄q̄ hospes illius effi-  
 ci potes, si pauperes suos cibāris, potāris, uestieris: si credis  
 mō qd̄ per se uerissimū est, acq̄ adeo ex ore ueritatis, p̄fe-  
 ctum. Quicquid minimo illoꝝ feceritis, mihi fecistis. Sed  
 sublimior & excellētior ipsius hospes fieri cupis? age in  
 sacramento eucharistiæ eū digne suscipito, licet em̄ cor-  
 pus illius simul & sanguis hic uere existat, tu tamen ip̄m  
 corporeis oculis nō uides, sed sacramētali specie panis &  
 uini mirabiliter obtectū. Ibi adfectū piū exhibe, ibi te cō-  
 formem fac uoluntati diuinæ, gratiā & uirtutē spūs san-  
 cti implora. Quanto id tibi proderit magis, quam si  
 ipsum in carne uideres, sine gratia spiritus sancti. Ne ita  
 que molestum & acerbum sit hoc uobis, Christum in car-  
 ne nō uidisse. Quin deū poti⁹ omnipotentē orate, ut qui  
 a nobis recessit corpore, magis gratiā nobis cōcedat spūs  
 sancti: qua nos in omī pietate stabiliti, illi iuxta benep̄la-

citum suum seruiamus, tandemq; ex ipso gaudia cōsequamur felicitatis æternæ. Amen.

## HOMILIA SECUNDA

dominicæ quartæ post festum paschæ.

**D**ominus noster Iesus Christus tam penè ascensus in cælum, & corpus quo cōuersatus cum hominibus fuerat, illaturus sideribus, discipulos suos consolatur. iubetq; nō nimis tristari: siquidem abscessus suus illis plurimum esset cōmodaturus, ipsumq; spiritus sancti aduentum impetraturus. Hic tamen quid facturus esset, deinceps paterna admonitiōe insinuat, cum ait: Vbi uenerit ille, arguet mundum de peccato, de iustitia & iudicio. Super ijs uerbis cōsultum mihi uisum est quātum deus dederit, pauca quædam apud uos disserere, quatenus & uos gratiam spiritus sancti suscipere mereamini. Hanc autē prædicare quidē mihi apud uos licet, cōferre uobis mihi non datur. Christus qui spiritum illum misit, idē etiam mittere & donare eum uobis poterit, si modo oues eius fueritis, si uocem illius audieritis. audieris autem, cū prædicationem & sermonem illius ex me audieritis. uerbum enim quod ex me audieris, non meum est, sed Christi qui misit me, cuius loco thesaurum euangelicum uobis aperio & manifesto. Hic ipse ouilis sui ianua est, per ipsum ego animos uestros ingredior, uobis prædicans. Vos igitur si oues Christi sitis, & pastorem agnosceris uestrum, me quoq; audire nō recusabitis, sed quid dico me? imō Christum in me loquentem, cuius uos sanguine redempti estis, agnoscite itaq; redemptionis precium longe maximum, non corruptilibus auro & argento, sed preciosissimo sanguine Christi Iesu agni immaculati redempti estis. Neq; dubito quin ultro sermonem Christi accepturi sitis, quando ex deo estis, uerbum igitur dei sine fastidio & molestia audieris: aliās si ex deo non essetis, uerbum quoq; dei respueretis. Vr autem idem ille qui imensa quadam benignitate & misericordia doctrinā euangelicam nobis reliquit in ecclesia, gratiam quoq; ad audiendum, percipiendumq; concedat, profusis precibus eundem suppliciter imploremus, dicentes:

Johan. 14.

Johan. 14.

Johan. 10.

1. Petri. 1.

Johan. 8.

¶ Pater noster qui es in cælis, &c.

¶ Spiritus sancti in hunc mundum uenientis officium est, arguere mundum de peccato, eo quod in Christum non crediderint homines, deinde docere apostolos, mox clarificare Christum, postremo idem illud adnunciare discipulis. Quoad

**Augustin.** inquit. Nunquid dominus Christus non arguit mundum de peccato, cum ait, Si non uenissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent, iam autem excusationem nullam habent de peccato suo? Neque aliter etiam de iustitia Christi arguit mundum, orans patrem suum & dicens, Pater iuste, mundus te non cognouit. Ad hæc respondens Augustinus,

**Johan. 17.** ait: Forte quia Christus in Iudæorum gente tantum locutus est, mundum non uideretur arguisse: spiritus autem sanctus in discipulis eius toto orbe diffusis, non unam gentem, sed mundum intelligitur arguisse, iuxta commissum quod eis dederat dominus, cum testes ipsos constitueret, non in Ierusalem tantum & Iudæa, sed & in Samaria, & tandem usque ad ultimum terrarum.

**Actus. 1.** ¶ Quamuis cum dicitur spiritum sanctum corripuisse mundum, nemo excludere hinc debet uel patrem uel filium: quia ubique locum suum habet regula ista, quod opera trinitatis sunt inseparabilia, & quicquid aliquid trium personarum operatur in creaturis, id ipsum reliquæ etiam operari dicuntur: sicut sicut una uoluntas & omnipotentia est una, ita etiam opus idem recte perhibetur. Et licet hoc ipsum arguere, in uniuersum & essentialiter tribus conueniat personis, proprie tamen tribuitur spiritui sancto, siquidem cum tria impediant ne aliquis habeat autoritatem arguendi alium, scilicet ignorantia in intellectu, immunditia in concupiscibili, potentia & timor in irascibili, singula hæc remouet spiritus sanctus, dum purgat, illuminat & corroborat animam: ideoque illi peculiariter & merito quidem officium illud tribuit, quod arguat mundum de peccato. Alias qui in dolo est & regem omnium imperit, quod corripiet alterum: nonne sicut cæcus cum ducem, ita si quis ambo in foueam cadent: Et huiusmodi homines dixisse uidetur Paulus illud, Qui alium doces, teipsum non doces. Deinde immundus diuinus docere non debet, statim enim eis dicitur huiusmodi quid dicitur, Quare autem quod tu dicere presumis, frater, sine ut eijciatur

**Augustin.** ubique locum suum habet regula ista, quod opera trinitatis sunt inseparabilia, & quicquid aliquid trium personarum operatur in creaturis, id ipsum reliquæ etiam operari dicuntur: sicut sicut una uoluntas & omnipotentia est una, ita etiam opus idem recte perhibetur. Et licet hoc ipsum arguere, in uniuersum & essentialiter tribus conueniat personis, proprie tamen tribuitur spiritui sancto, siquidem cum tria impediant ne aliquis habeat autoritatem arguendi alium, scilicet ignorantia in intellectu, immunditia in concupiscibili, potentia & timor in irascibili, singula hæc remouet spiritus sanctus, dum purgat, illuminat & corroborat animam: ideoque illi peculiariter & merito quidem officium illud tribuit, quod arguat mundum de peccato. Alias qui in dolo est & regem omnium imperit, quod corripiet alterum: nonne sicut cæcus cum ducem, ita si quis ambo in foueam cadent: Et huiusmodi homines dixisse uidetur Paulus illud, Qui alium doces, teipsum non doces. Deinde immundus diuinus docere non debet, statim enim eis dicitur huiusmodi quid dicitur, Quare autem quod tu dicere presumis, frater, sine ut eijciatur

**Glossa.** idem recte perhibetur. Et licet hoc ipsum arguere, in uniuersum & essentialiter tribus conueniat personis, proprie tamen tribuitur spiritui sancto, siquidem cum tria impediant ne aliquis habeat autoritatem arguendi alium, scilicet ignorantia in intellectu, immunditia in concupiscibili, potentia & timor in irascibili, singula hæc remouet spiritus sanctus, dum purgat, illuminat & corroborat animam: ideoque illi peculiariter & merito quidem officium illud tribuit, quod arguat mundum de peccato. Alias qui in dolo est & regem omnium imperit, quod corripiet alterum: nonne sicut cæcus cum ducem, ita si quis ambo in foueam cadent: Et huiusmodi homines dixisse uidetur Paulus illud, Qui alium doces, teipsum non doces. Deinde immundus diuinus docere non debet, statim enim eis dicitur huiusmodi quid dicitur, Quare autem quod tu dicere presumis, frater, sine ut eijciatur

**Roma. 2.** diuinus docere non debet, statim enim eis dicitur huiusmodi quid dicitur, Quare autem quod tu dicere presumis, frater, sine ut eijciatur

**Mart. 7.** Quare autem quod tu dicere presumis, frater, sine ut eijciatur

stucā de oculo tuo, trabē aurē in oculo proprio nō cōfide  
 ras: **E**os facit qd ait **Greg.** Superiectas sordes tergere non  
 ualent manus que lutum tenent. & quid ex immundo mū  
 dum speres? Sed neq; ij qui timore nimio perculsi sunt, cū  
 fructu arguere quenquam possunt: cuius rei nobis exem-  
 pla plurima uel infelicissima hęc nostra suppedirant tem-  
 pora, quibus qui tā segnes & supini in corripiendo fue-  
 runt episcopi & prælati, eo succreuit hęc hęc, non tam al-  
 tas radices iactura, si illi diligentiores fuissent. Eum autē  
 qui alios corripiendi munus sibi sumit, debere timore ca-  
 rere, etiam Sapiens docet, cum ait: **N**oli querere fieri iu-  
 dex, nisi ualeas uirtute irrumperere iniquitates, ne forte ex-  
 timescas faciem potentis. **H**ęc itaq; tria aufert ex homine  
 spiritus sanctus, simulq; potentem illum reddit ad arguē-  
 da peccata. Cuius rei gratia idem ille datus est apostolis in  
 specie ignis, ignis em̄ lucē splendidā de se prebet aduersus  
 errores & inscitiam, deinde purgat contra immunditiam,  
 ad hęc audaces reddit quoq;. unde qui circa ignem uer-  
 santur, **M**artiales esse creduntur. **A**t proh deum immor-  
 talem, ubi nūc est spiritus sanctus, qui per ministros suos  
 tam seculares quā spirituales corripet mundum de p̄tē  
 Quā necessarium id quidem esset? Verum proh dolor nō  
 est penes illos spiritus sanctus, omnes enim iudices & spi-  
 rituales & seculares partim ignari sunt, imperiti & im-  
 prudentes; atq; ut maxime quidam essent (qui tamen &  
 ipsi paucissimi sunt) prudentes & intelligentes, immundi  
 tamen sunt, gulosi, ebrii, adulteri, superbi &c. **E**t utur  
 hic quoq; gratiam suam nōnullis concedat deus, ut horū  
 uitiorum nullum habeant, attamē & ipsi metu timoreq;  
 nō uacant, pusillanimes enim sunt, & non audent malū  
 pro ueritate & iustitia arguere. Hinc quid mirum, si mū-  
 dus totus, qui iam olim in maligno positus fuit, p̄tē, of-  
 fendiculis & omnium flagitiorum genere plenus existat,  
 iuxta illud Ieremię, **A** minimo usque ad maximum om-  
 nes auaritiam sequuntur, a propheta usque ad sacerdo-  
 tem cuncti faciunt mendacium? Illuminet uultum suum  
 super nos dominus deus noster, & misereat nostri, atque  
 proprię iniquitavibus nostris.

Porro ut aliquāto propius accedamus ad hęc **Chri**

sti uerba, sic ille inquit: Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, de iustitia & iudicio. Quod nonnulli doctores sic intelligunt: Quoniam mundū arguet de peccato suo, de mea iustitia, & iudicio diaboli. Sunt qui sic exponunt, Arguet ille mundum de peccato cōmisso, de iustitia amissa, & de iudicio dei contempro. Neq; aliquem istorū sensum contemnimus. tantummodo dispiciamus, quo pacto optimus maximus magister Christus illud nobis explicet. De peccato, inquit, arguet ille mundum, quod in

**Chrylost.**

me non crediderunt. Vbi Chrylostomus uult dominum hic omnem abstulisse excusationē, & quia sine uenia peccārint, quoniā iam ante pater uoce propria dederat testi-

**Mat. 3. 17.**

monium Christo. Christus quoq; de seipso testatus erat miraculis suis; ideoq; & spiritum sanctum, cum uenturus erat, testimonium esse daturum Christo, eo quod mundus amplius excusare se non posset de peccatis suis. Cyril.

**Cyillus**

lus propemodum etiā in hanc sententiā concedit: quādoquidem Christus dixerat iudais, Nisi credideritis mihi,

**Johan. 8.**

in peccatis uestris moriemini. Et sine dubio arguit mundum spiritus sanctus per apostolos Christi & illorum successores, praelatos & pradicatores, ab omnibus peccatis. Vnde ruditas & stupiditas patet eorum, qui moleste ferunt peccata sibi sua pro concione exprobrari. An non hic audis spiritum sanctum reprehensurum esse mundum per pradicatores, & tu interim Christo reluctabere? spiritui ne sancto officium suum recludes, quo minus ille redarguat mundum de peccato? Quamuis si impatienter patris tibi uicia tua reteri, age hoc unū, peccare noli, & non opus habebit pradicator te de peccato tuo reprehendere.

**August.**

Augustinus uere maximum illud ecclesie lumen, ne transuersum quidem digicum hic discedit à uerbis Christi, dicitq; quia spiritus sanctus mundum arguet de peccato infidelitatis, eo quod non crediderint in **CHRISTVM**.

**Hebr. 11.**  
**Beda.**

ait enim, Hoc peccatum, quasi solū sit, præ cæteris posuit: quia hoc manente, cætera detinentur; & hoc discedente, cætera remittuntur, quod respexisse etiā Paulum uerisimile est; cum definirer fidē substantiā rerum esse sperandæ, sic Beda hic fidem originem appellat uirtutū. Hinc quis non uideat e contrario, infidelitatem originē & firma-

mētum esse uitiorum? sicut & **Christus** horribiliter satis **Johan.**  
dixit, eum qui non credit, iam iam esse iudicatū, eo quod  
non credat in nomine unigeniti filij dei.

3. ¶ Deinde nō minus etiā arguet spiritus sanctus mū-  
dū de iustitia, quia ego uado ad patrē, & iam nō uidebitis  
me. Vbi admirabitur quis, quo pacto causa ista conueniret  
cum eo, de quo hic ueluti capite quodā agitur, puta, quo-  
modo abitus **Christi** ad patrem respōdeat huic, quod spi-  
ritus sanctus arguet mūdū de iustitia. Pulchre sane, dūmo **Psal. us.**  
do huc accedat declaratio diuina, q̄ demū inrellctū præ-  
bet & illuminat mētes hominum, sicut hic diuinitus edo-  
ctus egregie **Chrysostronus** exponit, dicens: Quum fre-  
quenter Iudæi **Christū** accusarent, quod a deo non esset, & **Chrysostr.**  
propterea peccatorē legisq; transgressorē dicerent. Hinc **Joh. 7. 9.**  
autē omnis calūnia amouebitur. Nam si opinio quod a deo  
non sim, me transgressorē ostendit, cum spiritus me il-  
luc abeuntem, neq; ad horam, sed permanentem ostende-  
rit, signum ergo est quod irreprehensibiliter uixi, quia  
uado ad patrem. Iudæi igitur inique de me opinati sunt,  
& spiritus sanctus qui idem illud prædicatione confirma-  
bit & miraculis apostolorum, mundum de iustitia quoq;  
mea reprehēdet, cui fidē adhibere noluerūt. **Theoph.**  
**Theophyl.** etiam, De iustitia, inquit, arguet mundū, hoc est, ostē-  
det eis, quod ego cū iustus fuerim, & irreprehensibilē ege-  
rim uitā, iniuste occisus sum, & in eius iudiciū uado ad pa-  
trē: si eū essem talis, qualē me accusarūt, nō haberē hunc  
honorē apud patrē. At tu hic quisquis uere pius haberi cu-  
pis, recogita diligēter & expēde, quāte sit pietatis & mise-  
ricordię, æternū illū dei patris filiū ex alto cælog; se demi-  
sisse in sanctissimæ uirginis uterū. Vicissim q̄ magnæ iusti-  
tiæ & agratis fuerit ascēsiso **Christi**, quā cū corē pserint Iu-  
dæi, merito a spiritu sancto arguendi erant ut blasphemī,  
qui iustitiam **CHRISTI** nec agnoscere, neque recipere  
uoluerunt. Omnes illæ expositiones ad iustitiam **CHRI-  
STI** pertinent, quam mundus hic noluit agnoscere. sed  
tunc demum cum ascendit ille in cælum, deus pater de-  
clarauit ipsum, nec uerbo, nec facto, fraude aut dolo  
usum esse. Cæterum beatus **Augustinus** paulo elegan-  
tius idem hoc exponit, dicēs: **Augustin.**  
**Non est quod iustū putes de**

iustitia argui, sicut de peccatore peccator arguitur. ideo enim dicit dominus, quod spiritus sanctus arguet mundum de iustitia scilicet fidelium: quoniam qui non credunt, & ipsi arguentur ex fide bonorum, quod praedicationi & miraculis apostolorum credere noluerint. Arguentur itaque, siquidem ipsa fidelium comparatio, infidelium est vituperatio. sic mundus de peccatore quidem suo, de iustitia uero arguitur aliena, sicut arguuntur de lumine tenebrae, iuxta illud Paulinum: Omnia quae arguuntur, a lumine manifestantur. Sed adhuc dubitantes ex uobis quosdam conspicio, & sic apud se cogitantes: Quod si iustitia hoc modo de iustitia fidelium exponitur, quomodo ad eam adcommodabitur ratio illa **CHRISTI**? Sane neque id male conuenit, quia Christum iam reuersum ad patrem fideles amplius non uident: & tamen in illum credunt, quia obrem iusti sunt, sicut Thomas dixit dominus: Beati qui crediderunt, & non uiderunt. Obstinati autem, quia nolunt credere in Christum, quem nunquam uiderunt (sic enim communis est iste clamor impiorum, quomodo crederent, quod nunquam uiderunt?) merito a spiritu dei arguuntur. At dices, quo pacto etiam fideles amplius uisuri non sint dominum, quum iam olim magna fiducia dixerit Iob, se in carne sua uisurum dominum? Aut quomodo saluari poterit, quod & Paulo uisus est dominus, & Stephano, qui etiam caelos uidit apertos, & filium hominis stantem a dextris dei? Respondet ad haec, illud quod dixit dominus, tam non uidebitis me, intelligendum esse de ista uisibili & mortali specie atque passibili, quam tunc habebat. Deinceps uero quotiescunque uisus est, immortalis & impassibilis apparuit, non quomodo iudicatus est, sed in ea forma, qua ipse iudicaturus est uiuos & mortuos. Mitto hic expositionem, quam inducunt nonnulli de eo quod spiritus arguet mundum de iustitia neglecta, sicut cum quis rationem reddit officii sibi commissi, ei non tantum mala designata exprobrantur, sed & bona intermissa: quod sic etiam isti arguentur a spiritu sancto de iustitia, quam facere neglexerunt. 4. Praeterea de iudicio quoque spiritus sanctus arguet mundum, siquidem princeps mundi iam iudicatus est. Vbi obscurum est, quomodo ratio illa sermoni huic competat, sed tamen sensus prope modum talis est: Iudaei Christum iudicauerunt tanquam

Ephes. 5

Johan. 20.

Job. 40.

1. Cori. 15.

Actu. 7

Chrysost.



dæmonium habentem, & in potestate Beelzebub princi- **Johan. 8**  
 pis dæmoniorum dæmonia eicientem. Vicissim spūs san- **Matth. 15**  
 ctus qui per miracula testaturus erat, uictum à Christo de  
 monem (iam enim is iudicatus est) facile etiam declara-  
 bit falsum extitisse Iudæorum istud de Christo iudicium,  
 ipsumq; adeo dominum triumphasse, iuxta illud euange-  
 licam: Iam iudicium est mudi huius, iam princeps huius **Johan. 12**  
 mundi eicitur, quod utiq; per Christum factum est, dum  
 ex illo triumphauit.

Postea tamen id ipsum sic exponi, quia Iudæi primum,  
 ac deinde Pilatus, Christum inique cōdemnarūt, id ipsum **Matth. 27**  
 quoq; arguet spūs sanctus per doctrinam & miracula apo- **Luce. 23**  
 stolorum, uniuerso orbi manifestaturus falsum & iniquū  
 ipsorum iudicium: cuius iniquitas summa nō tm̄ ex Pila-  
 ti patet testimonio, quum se inuocentem à sanguine iusti  
 illius prædicaret, ac deinde causam in eo mortis nullam  
 inuenire se diceret, sed hinc quoq; quod quum instinctu  
 diaboli, qui primum miserat in cor Iudæ, ut traderet **Johan. 13**  
 dominum, **CHRISTVS** occisus est, sicq; innocentem  
 illum tradidit in mortem, ipse quoq; diabolus iudicatus  
 deinde est à deo, & potestate sibi sua adempta, mors ipsa **Osee. 13**  
 quoq; per illum est demorsa. Quod igit & diabolus iudi-  
 catus, suaq; potestate priuatus est, signum nobis dat eui-  
 dens, Pilatum etiam & Iudæos inique Christū morti ad-  
 iudicasse, quod ut argueret in mundo, uenturus erat spūs  
 sanctus. Postremo assignari dariq; poterit & intellectus **Augustin.**  
 huiusmodi, Princeps huius mundi missus est foras, quoni- **Cyillus**  
 am iudicio ignis æterni irreuocabiliter destinatus est. &  
 de hoc iudicio, q̄ princeps iudicatus est mundi, arguit à  
 spū sancto mundus, quoniam cum suo principe iudicat,  
 quem superbus atq; impius imitat, secundum illud quod  
 Petrus ait: **1. Petri. 2**  
 Si deus angelis peccantibus nō pepercit, sed ru-  
 dentibus inferni detractos in tartarum tradidit crucian-  
 dos in iudicium reseruari, neq; mundo diabolum sequen- **Judg. 1.**  
 ti in semitis suis parcat, quod & Iudas in epistola sua pul-  
 chre cōmemorat. Admonitos super hæc homines omes  
 esse decet, ut credant in Christum, ne forte & ipsi infide-  
 litatis suæ pœnas luant. Curent ut sint in numero fide-  
 lium, quorum uitam simul & exempla imitent, ne de illorū

DOMINICA QVARTA

142

iustitia arguantur ipsi ac puniantur, quos sequi noluerit. **C**aveant sibi & prospiciant à die nouissimo, ne cum diabo-  
lo condemnentur, dum in peccatis cōdemnatum imitan-  
tur: ne incidant iram & ultionem domini hic temporaliter, isthic uero in sempiternum. **A**ra nos **C**hristus hic & il-  
lic custodiat in seculorum secula, Amen.

**HOMILIA III. SVPER**  
*euangelio dominicæ quartæ.*  
*à festo Paschæ.*

**T**Ransiturus iam dominus ex hoc mundo ad patrem, charosq; suos discipulos derelicturus, multas eis in ultima cœna, tum doctrinas salutaris, tum euidentis aedit promissiones: è quibus non minimas hoc euangelio iam audistis, quo ille se abiturum predicat, abiturumq; hunc suum plurimum cōmodaturum ipsis in sinuat: deinde spiritum eis sanctum paracletum missurum se promittit, qui mundum arguat de peccato, iustitia & iudicio. Post hæc oia subiungit: **A**dhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Quibus ille uerbis quod antea de abituru sui utilitate dixerat, confirmare intendit. quoniam enim ipsi rudes adhuc erant & imbecilles, debilioresq; qui sublimia capere possent mysteria, ideo spiritus sancti fragilitatem eorum cōfirmaturus, ipsos quoq; omnem docebit ueritatē. **J**esum porro & intellectum istorum uerborum ex patribus alij aliter excusserunt: nō tamē sic, quod ideo ipsi sibi doctores contrarij sint, sed quia spūs sanctus adeo redundat & exuberat in scripturis sacris, ut pro se quilibet patrum omnibus uiribus studuerit aliquem ex his sensum eruere commodum, unde premium à deo reciperet, iuxta istud: **Qui me elucidant, uitam æternam habebunt.** Hinc fit ut non raro unus quispiam ex patribus uarios inferat unius loci sensus, **Et** quid hoc mirum tibi? **H**ac enim illa est aqua paradisi, quæ quum una esset, in quatuor flumina tamen est diuisa. sic una quamuis sit scriptura, in multos tamen sensus distrahi & referri potest. **N**ec est quod absurdum putes, aquas nos exponere scripturas sacras. sic enim & **Iob**, **Profunda**, inquit, **fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem, & Sapiens, Cibi**

**Eccl. 24.**

**Gene. 2.**

**Job. 28.**

**Eccl. 15.**

uit eum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potavit illum. Quum igitur pleni fuerint spū sancto sancti dei patres, nihil reliquerūt in sacris literis inexcusum, nihil quod non eruerent. **Ac** recte quidem, quia spiritus scrutatur omnia. **Et** nos quoque cetera præiudicium ueritatis, uarias huius sermōis expositiones adducemus, quas equidem omnes & ueras esse crediderim, & sic à **CHRISTO** intellectas, cum eloqueretur secundum altissimam & ineffabilem sapientiam suam. Quæ apostoli, inquit Augustini. quis nostrum audeat eorum se dicere iam capacem, quæ illi capere non ualebant? **Ac** per hoc neque per me expectanda sunt ut dicatur, quæ forte non caperem, si mihi ab alio dicerentur: nec uos ea portare possitis, etiā si ego tantus essem, ut à me ista, quæ uobis altiora sunt, audiretis. Sed quænam sint ista, quæ ipse non dixit, temerarium est uelle presumere & dicere. Hoc tamen ex multis unum est, quod discipuli nondum erant idonei atque parati portare seu sustinere pro Christo supplicia mortis, sicut idē paulo aperius eis dixit dominus: Non potestis me sequi modo, Petrus autē qui sibi uidebatur satis obfirmato animo ad sustinendum, succubuit, dum credere noluit Christo dicenti, Hac nocte ter me negabis. At post missionem spiritus sancti potuerunt portare uerbum hoc: neque ipsi tantum, sed & innumeri alij uiri ac mulieres, iuuenes, uirgines, senes ac iuniores, qui omnes coronā martyrij adepti sunt, inuenti cum ouibus post Christi passionem: tuncque misso spiritu sancto, oues portare potuerunt, quod antea, loquente domino hæc uerba, nō potuerūt portare pastores. Intellectus autem iste, cum plurimum sit angustus, & ipse deinceps Augustinus digrediatur ad latiorē, nos quoque aliō ueniamus, Cyrillus sic inquit: Quia dñs imbecilles illos ad suscipienda maiora sine spiritu cognoscebat, hæc dicit: Adhuc multa habeo uobis dicere, multa uero dicenda sibi restare profunda, & ultra quā hūan⁹ anim⁹ ferre possit, adfirmat, quæ silentio, inquit, trado: quia nondum à spiritu meo reformati estis, eaque tunc intelligetis, cum per spiritum sanctum spirituales quoque uos in intellectu uestro facti fueritis. Idem iam antea in parabola dixit

1. Cor. 2.

Augusti.

Mat. 26.

Cyril.

**Matth. 9.** rat eis dominus, quoniam nemo uinum nouum mittet in ueteres utres, nisi qui uellet utres cum uino perire, sed uinum nouum in utres novos mittunt, & ambo conseruant. Utres ueteres erant apostoli, dum Iudaicis adhuc ritibus & obseruariōibus adhærerēt: neq; nouū euangelicę legis mustū capere poterāt, donec utres novos eos faceret spūs sanctus, qñ tandē cū musto nouo toti⁹ noui testamētī eis datus ē intellectus. Et q̄diu missus nō erat spūs sanctus, poterat dominus dicere omnibus quod uni Petro dixerat in loridē pedum: **Quod facio, nescis mō, scies autem postea.** Sic sæpe in euangelio, quum **CHRISTVS** quid

**Johan. 13.** dixit discipulis, addiderunt euangelistę non intellexisse illud discipulos, uel uerbum istud absconditum fuisse ab eis.

**Luce. 2. 18**  
**Johan. 2**

2. ¶ Verba hæc Christi, de doctrina euangelica nobis ueniunt intelligenda quum enim ait, **Adhuc multa habeo uobis dicere, statimq; subdit, Spūs sanct⁹ docebit uos omnem ueritatem, ex ipsa serie literę facile colligit, q̄ quicquid nō dixit hic eis Christus, id omne deinceps docuit ipsos per spūm sanctum. Qua de re mox plura. Egit autem optimus ille magister cum discipulis suis, sicut facere solet studiosissimus quisq; præceptor, qui pro captu discipulorum eos docet, huic subtiliora, isti rudiora quędam præscribens. sic Paulus quoq; fecit, sicut ipse de se testat, inquit: De q̄ nobis grandis sermo & ininterpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse ppter tempus, rursus indigetis ut uos doceamini, quę sunt elementa exordij sermonum dei, & facti estis quibus lacte opus sit, nō solido cibo. Id adeo & Petrus facere solitus est, quando suos sicut mō genitos infantes, lac cōcupiscere iubet.**

**Heb. 5**

**1. Petri. 2**

**Sic Paul⁹ Corinthijs suis nō secus atq; infantulis in Christo, lac se præbuisse cōmemorat, nō solidum cibum. Videlicet**

**1. Corin. 3**

**sim intelligentibus quid dixerit, alibi testatur, qm̄ sapientiam se loqui ait inter perfectos, de imperfectione autem, Fratres, inquit, nō potui uobis loqui quasi spūalibus, sed quati-**

**1. Corin. 2**

**si carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, nō escam. nondum enim poteratis, sed neque**

**1. Corin. 3**

**nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis, cum tr-**

go carnales adhuc essent apostoli, non semel omnia eis dixit **Christus**, sed multa reliquit magisterio spiritus sancti. quamvis hac quoque causa est, quod nondum praecesserat eos ille in magisterio crucis.

¶ **Beatus Augustinus** in lib. de mendacio capite x. sic ait: **Vera** tacuit, neque tamen falsa interim locutus est, quia veris audientibus eos minus idoneos iudicavit. **Theophylactus**, nihil inquit, de se magnum locutus est dominus, partim dat nobis figuram humilitatis, partim propter infirmitatem audientium & ingratitude[m] iudeorum. **figura** dem per totam evangelici contextus seriem non invenimus usque docuisse **Christum**, legis Moysaice ceremonias de situras, imo se non venisse ad solvendam, sed implendam legem dominus ipse professus est. **Neque** dubium est, quin ex hoc offensus fuissent discipuli: quandoquidem accepto iam spiritu sancto **Petrus** ratus est solos iudeos gratia **Christi** esse capaces. **Verum** magister ille spiritus sanctus tandem docuit eos opus non esse implere amplius legem, sicut de inde apostoli in primo concilio suo sanxerunt, **visum** est spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris. **Hinc** factum est ut misso spiritu sancto, veraque scientia dei manifestata, figurae legales abolerentur, & pro his verus veri dei cultus erigeretur, per huiusmodi tamen signa, quae per spiritum sanctum fiunt, fide confirmata putanda sacramenta sanctae ecclesiae.

3. ¶ **Con** similem providentiam qua hic **Christus** usus est, habere debent omnes praedicatores, ut quicquid loquuntur, id omne dicant ad aedificationem audientium, & emendationem vitae illorum. **Sic** apostoli non statim accepto spiritu sancto, abrogaverunt legales ceremonias **Moyse**: neque subito venerationem docuerunt sanctorum, ne forte suspicarentur simplices nos plures habere deos, quam ipsi inter daemones & idola, Iovem, Mercurium, Martem, Hercule[m]. **Neque** sabbatum statim aboluerunt. **Quid** quod **Paulus** (quod maxime tolerabile fuerat) noluit necessarium vitae suae sustentationem accipere ab his, quos ipse alebat verbo dei: **Taceo** quod circumcisionem toleraverunt ad tempus, sicut **Paulus** discipulum suum circumcidit **Timotheum**. Ita nimirum praedicatorem circumspicendum esse

Augustin.

Theoph.

Matth. 5.

Actu. 10.

Actu. 15.

Actu. 15.

1. Corin. 9.

Actu. 16.

debet, neq; omnia radicit<sup>o</sup> euellere, quo plus saepe perdat  
q̄ emendet, paulatim prædicanda ueritas est, & tantisper  
ueluti per gradus proponenda, dum arcem cordis huma-  
ni aliàs inuictam euincas. Trahi em̄ uolūt ingenia bona,  
nō cogi: plus suasionibus ducunt, q̄ uerberibus pcellant.

**Mysteria non reuelanda.** ¶ Rationes hic duas doctores sancti adferunt, quamob-  
rem non semper expediat mysteria omnia simplicib<sup>o</sup> re-  
uelare, q̄rum prior hæc est, ne inde offendantur, cū fieri  
perq̄ facile possit, ut dum scrutari uolunt omnia, impin-  
gant in multis. Sic nō laudant prædicatores, qui gloria  
caprandæ studio, de prædestinatione & huiusmodi sub-  
tilissimis rebus dicere multa uolunt coram simplicibus,  
unde illis tantum occasionem offensæ præbent, cum ta-  
men modis omnibus sit cauendum, ne simplices & rudio-  
res offendamus, iuxta doctrinam Christi & Pauli. Ratio  
altera hæc est, ne forte mysteria proposita respuant, con-  
temnant, & temere tractēt: sic ludæi, autore Origene, an-  
te annum ætatis quadagesimum, neminem sinebant le-  
gere Cantica canticorum, & alios tres locos Bibliæ apud  
eos pueris non tradi in manus per mittebant. Sic mihi re-  
latum est, lege cautum fuisse apud Anglos, ne quisquam  
liber totius Bibliæ præter nuda euangelia in uernaculâ  
corum linguam transferret. Quod si & nostrates neochri-  
stiani, nō ita omnia prælo Germanico tradidissent, deum  
immortalem, quantum malorum caueri potuissent? quot  
hominum millia non periissent?

**Matth. 18  
Roma. 14**

**Origenes**

¶ Post hæc omnia ne suspicari possent discipuli,  
defectum aliquem esse doctrinæ euangelicæ, quo minus  
portare eam possent, immensam eis dñs utilitatē pollicet<sup>r</sup>  
ex aduentu spiritus sancti, qui sicut mūdum arguet de pec-  
cato, ita uicissim illos docturus erat omnē ueritatem. Cer-  
tum est enim quia ueniente de super spū, apostoli maiore  
multo scientiam ueritatis, q̄ omnes sapiētes mundi omī  
studio & labore cōsecuti sunt. De hoc promisso est qd ue-  
re meritoq; gaudeant omnes Christiani, neq; cogitēt pro-  
missionem hanc ad solū pertinuisse diē Pentecostes, sed fa-  
ctam in psona totius ecclesiæ. quæ spū sancto gaudet re-  
ctore & magistro in om̄ibus cōcilijs. q̄re neq; errare pōt,  
magistrū habens huiusmodi, qui nec falli pōt nec fallere,

**Beda.**

qui ipsam ducit in omnem veritatē, quo dictante, omnes  
 haecenus refutatae sunt haereses. Idēq; a deo uerū esse, nōne  
 hinc liquet, q̄ post diem Pentecostes adhuc tamē Petrus **Actu. 10.**  
 nihil cognouerat de uocatione gentiū, & in ipso die Pen **Actu. 13.**  
 tecostes apli omnes nihil sciuerunt de electione 7. diaco-  
 norum. Paulus quoq; ait, sp̄itu<sup>s</sup> manifeste dicit. & tamē  
 idiplum nō in die Pentecostes factum est, quādo Paul<sup>us</sup> ad **1. Tim. 4.**  
 huc erat persecutor ecclesiae. Christus etiā docuerat a- **Matth. 28.**  
 postolos baptizare in nomine patris & filii & sp̄s sancti,  
 illi tamen non sine instinctu sp̄s sancti abeuntes, bap-  
 tizārūt in nomine Iesu. Pleriq; apli (ipseq; etiā Iohānes) **Actu. 2. 19.**  
 diē Paschae celebrārunt semper diē 14. mensis primi, sic  
 ut illius discipulus Polycarpus rerulit ad Anicetum Papā.  
 Spiritus autem sanctus docuit ecclesiam, diem Paschae  
 semper in dominica die celebrari debere, sicut sub **Li. 5. eccle**  
 re papa conclusum est. Sic aduersus Arrium sp̄s sanctus **histo.**  
 docuit ecclesiam uerbum hoc *uocō uerū*, & perpetuo magi-  
 sterium illud sp̄s sancti durauit in ecclesia. quid uero mi-  
 rum, cum sic exauditus est dñs in oratione sua, cum dixit: **Luce. 23**  
 Ego pro te rogauī Petre, ut nō deficiat fides tua? Plus q̄  
 centum ortae sunt aduersus ecclesiam haereses, & tamen o-  
 mnes sopitae, ut bona spes sit, hanc quoq; quae nunc graf-  
 satur inter haereticos pestem, aliquando defecit, utram,  
 Haec siquidem est illa Petri nauicula, de q̄ pulchre ceci-  
 nit ille:

*Niteris in cassum Petri submergere nauim.*

*Fluctuat, & nunquam mergitur illa ratis.*

**P<sup>o</sup> papa.**

¶ Quid q̄ oportet haereses esse? quae tamen, quia terrae  
 arenosae superstructae sint, statim adueniens spiritus dere- **1. Cori. 11.**  
 uertit eas. Hinc patet quā arenosum & plane nihili sit **Matth. 7.**  
 omne istud fundamentum nostratum haereticorum, qui  
 nihil nobis credendum & assumendum esse, nisi quod ex-  
 presse contineatur in scripturis, docent, insani & stupidi  
 planeq; caeci, ut qui non uideant quomodo magisterij sui  
 officio interim priuent spiritum sanctum, quem ē schola  
 ecclesiastica disturbare conantur, sed frustra, quia quem  
 ecclesiae suae ueritatis magistrum reliquit dominus, eum  
 exautorare nō poterunt. Aut nonne multa fecerunt apli,  
 K ij

Actu. 15. quæ nusquam à domino edocti fuerant, ut de non seruanda lege Moysi, de septem diaconis, de baptismo in nomine Iesu, de uelamine capitis muliebris, de coniuge infideli, de abstinendo ab esu sanguinis, atq; id genus pleraque alia: Quod si non omnia expressit Christus in euangelio, multa utiq; reliquit magisterio spiritus sancti per apostolos: & tamen inæstimabiliter magis superauit Christus apostolos, quàm hi excelluerint præ successoribus suis pontificibus & episcopis, non est igitur, q̄ dissimules, uel pertinaciter neges Christum plurima reliquisse discipulis suis pro conditione temporis. Quanto magis non parum reliquerunt, imò ueluti per manus lampada cursu tradiderunt apostoli successoribus suis, ut & in ijs magisterium suum declararet spiritus sanctus, ut testatur Leo papa? Aut unde nobis Christiani sabbatum suum probabunt, nisi ex ecclesiæ autoritate? Vnde confirmabunt istum fidei suæ articulum, Descendit ad inferos: tantum ex ecclesia. Vnde constabit Annam fuisse uirginis Mariæ matrem: ex ecclesia. Vnde baptismum paruulorū probabunt: ex ipsissima, ut sic dicam, ecclesia. Possunt id genus multa induci, de quibus ex scripturarum testimonio nihil constat, tantum ex disciplina & magisterio spiritus sancti in ecclesia, quem ueneremur, colamus & adoremus. ei credamus, illum oremus, quatenus procul inde abigat, quicquid est ubiq; errorum & infidelitatis. doceat & nos quibuscunq; opus habemus, ut sic suo præsidio post hanc uitam, uitā consequamur æternam, Amen.

Leo.

HOMILIA QVARTA QVARTAE  
dominicæ post festum Paschæ.

**I**nter cætera promisit apostolis suis dominus, spiritum sanctum simul atq; uenerit, docturum ipsos omnem ueritatem. Vbi nos iam porro uobis in Christo dilectissimi, quæstiones nonnullas obiter incidentes dissoluemus. Et primum quidem, quomodo non contrarium sit hoc quod ibi dicit dominus, multa se habere quæ diceret apostolis, at illos portare ea non posse. huic quod



alibi dixit: Omnia nota feci uobis, quæcunq; audiui à patre meo. Responderetur, locum hunc iam adductum, non sic intelligi debere, quasi tunc omnia nota eis fecerit, sed quia partim ipsis nota quædã fecisset, partim alia paulo post per spiritum sanctum nota facturus erat, & sic locutus est, quasi iam factum esset. Qui sane scripturæ mos est, ut sæpe de futuris, ut de ijs quæ facta sunt, loquatur. ait enim Augustinus, Qui certis & immutabilibus causis oia futura prædestinavit, quod facturus est, fecit: sic ante plurimos annos dei filius per os Davidis locutus est, Foderunt manus meas & pedes meos, dixitq; illud David, quasi iam factum esset, quod tandem post multos annos in Christo est adimpletum. Sic in hoc ipso sermone, quem post cœnam habuit dominus, dixit: Quia opus consummaui, quod dedisti mihi ut facerem. nec; tamen adhuc consummauerat illud, sed nocte proxima quæ tunc primum imminet. Ita hic quoq; intelligendum est, quod quæcunq; audiuit à patre suo, nota fecerit illis, hoc est, infallibiliter nota eis facturus erat. adhuc enim futurum illud fuisse superiora Christi uerba testantur, cum dixit: Vos cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Adhuc tamen sanctus Augustinus futurum illud exponit, nõ de spiritu sancto, sed de uita æterna, sicut de hac re Paulus loquitur: Cum uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et iterum: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nam & ipse Apostolus saluos nos dicit esse factos per lauacrum regenerationis, & alio loco ait, Spe salui facti sumus. Si ergo nunc est tempus fidei, salus autem animarum est merces fidei, & infra, Felicitas in ista mortalitate, in spe potius habetur, quàm in re tenetur. Si quidem nemo beatus est quisquis sperat, & spes illa quæ uideretur, spes nulla est. sic nos quoq; speramus & expectamus rerum omnium notitiam, cognitionemq; in uita æterna, quam etsi non habeamus, tamen certo certius illam nobis cõferet deus, dummodo in gratia illius mortui fuerimus.

2. ¶ Quæret deinceps aliquis, & dubitabit non nihil super hoc quod dicit hic dominus: Cum uenerit spiritus ille ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Vbi beatus Augustinus, Non arbitror inquit, in hac uita in cuiusquã

Johan. 15.

Aug. sup  
Johã. tra.  
cta. 105.  
psalm. 21

Johan. 17

Johan. 8  
Augustin.  
1. Corin. 13

Roma. 2

Augustin.

mente posse completi. quis em̄ uiuens in hoc corpore q̄a  
 corrumpit & aggrauat animā, possit omnē cognoscere  
 ueritatē, cū dicat Ap̄l's. Ex parte scimus, hoc est, imperfe-  
 cte? Respōdet ad hoc Augustinus ipse, & ait nos in hoc tē-  
 pore nō cognoscere omnē ueritatē, sed tunc demū cū sus-  
 cipimus pignus spūs sancti, ut pueniamus ad perfectionē,  
 & uideamus de facie ad faciē. tunc in quā intelligemus om-  
 nē ueritatē. Hicce igit uerbis dñs nobis pollicet ipam  
 spūs sancti dilectionem nos deducturā eo usq̄, dum om̄ia  
 cognoscamus in felicitate æterna.

**Beda.** ¶ In eadē sententia est & Beda, cū ait: Diffunder in cor-  
 dibus uestris charitatē, cuius magis erio intus edocti, p̄fi-  
 ciatis de uirtute i uirtutē: digniq̄; efficiamini puenire ad  
 uitā, in q̄ uobis æterna claritas summæ ueritatis appare-  
 at. Vnde pater, quācūq̄ tū temeritatis, tū stultitiæ sit suo ca-  
 piti atq̄ intellectui nimirū tribuere. si. n. qui spm̄ dei acce-  
 perunt ueritatis cognitionē uniuersam nō habent, ma-  
 gnumq̄ in ea re defectū patiunt, ubi sapiētes huius mun-  
 di manebunt, qui etiā pileo Salomonis sapiētiores sibi ui-  
 dentur: O em̄ sapientiā mundi, quā corā deo stultitia ef-  
 ficis: O abominabile apud deū & odiosam illius gloriatio-  
 nem de priuata sapiētia contractā.

**Cyillus.** ¶ Cyrillus q̄q̄ ad hæc re-  
 spondens, inq̄: Etsi imperfecta sit in hac uita omnis ista  
 quæ de ueritate suscipi pōt cognitio, tñ in ea q̄q̄ q̄rum-  
 uis minima noticia ueritas illa imperfecta nō est. sicut. n.  
 in speculo etiā minimo, faciē tuā cōtemplaris totā, q̄uis  
 imperfectius & aliquāto minus q̄ in magno: ita quā hic  
 in modico speculo fidei uides, triū personarū essentiā unā,  
 illam uidebis tandem in uita æterna, in illo immenso &  
 ineffabili speculo essentiæ diuinæ.

3. ¶ Præterea solutio dari pōt etiā huiusmodi, & mea  
 quidē sentētia literæ simul & spūs scripturæ nō paulo cō-  
 uenientior: Quādo collegiū istud sanctissimū totā repræ-  
 sentauit ecclesiā catholicā, sicut in hūc q̄q̄ diē plati in cō-  
 cilijs ecclesiā referūt uniuersam: aliās nunq̄ futuræ esset  
 ut tota congregari posset ecclesia. Quicquid igit hic pro-  
 missum est ap̄l's, q̄a personale nō fuit, toti simul Christus  
 promissit ecclesiæ. Quod nos uel maxime solari pōt &  
 debet, quantumcunq̄ in ecclesia errorū & hæresum sub-

nascat: nos tamen per omnia hic Christo fidē simul & gratias habere debemus, q̄a spiritus sanctus omnē nos doctorus sit ueritatē. Neq; sunt interim ista Christi uerba absolute de omni intelligēda ueritate, quæ habebit in uita æterna. sed ea tm̄, quā nos spūs sanctus edocet hæten⁹, & perpetuo docebit in ecclesia, iuxta exigentiam temporis & necessitatis. Id autē expende iuxta ea quæ homilia superiore induximus. quāuis enim Petrus satis didicerat in die Pētecostes unde p̄dicaret, & coapostolos suos scripturarum testimonijs defenderet, loqueret uarijs linguis, baptizaret homines: ueritatē tamē illam adhuc ignorabat, q̄ & gentes gratiæ Christi participes essent, q̄d eum spūs sanctus tandem aliquāto post tempore docuit per uisum lintei, & omnis generis animalium immundorum. Quod si itaq; illum apostolos; omnium principem spūs sanctus cū tempore sic demum edocuit, q̄d ante nescierat, quāto magis idem hoc de cæteris credendū est apostolis, omnibusq; eorum successoribus in hæc usq; tempora, & q̄ nunc quoque ecclesiam suam spiritus sanctus doctrinam euangelicam perfecte doceat: unde & nos non minus q̄ apostoli clamare debemus: Veni sancte spiritus, reple tuosq; corda fidelium &c. A des & auxiliare nobis spūs sancte deus, proculq; amoue a fide nostra catholica sectas omnes & hæereses. nos etiā ab omni errore libera, quia tu es spūs ille ueritatis, qui nos doces omnem ueritatem.

Actus. 2.

Actus. 10.

4. ¶ Chrysostomus, Et quid inquit, Maior ne te est spiritus, cum quæ nunc non possumus, illo demum adueniente portabimus? Num maior illius & perfectior est efficacia? Minime. Mea enim dicet, & non loquetur a semetipso, sed q̄cqd audierit, id loquet. & qui nō est a semetipso, a semetipso etiam non loquet. Quinimo sicut a patre est & filio, ita etiam quod loquitur, habet ab illis. unde uera esse oportebit quæcunq; dixerit. Aliter autem facit spiritus iste malignus, qui plus quā commissum sibi est loquitur, sicut CHRISTVS eum, si loquatur ex proprio, mē dacia loqui perhibet. Non sic tamē spiritus ille sanctus facit, qui quicquid audit, tantū loquit, & nihil a semetipso. sic Christus ad discipulos, Verba, inquit, quæ loquor uo-

Chrysost.

Johans

- Johan. 14.** bis, mea non sunt, securos sic illos reddere uolens, q̄ spiritus sanctus nihil docturus esset suæ doctrinæ contrariū: nec aliam ueritatem, nisi quam audisset, scilicet ab æterno processione sua à patre & filio. **Notabiliter** autē hoc obserua, quòd hic dicitur audire spiritum sanctum. quando quidem enim filius dei uerbum est æternum à patre exiens, id ipsum deinde uerbum audit spiritus sanctus, dum ab utroq; illo spiritu spiratur. sed hæc ad scholas remittenda sunt. **Tu** hic uide **Augustinum**.
- Augustin.** **Insuper** unū etiā nū addit **Augustin⁹**. **Et** futura adunci-
- 1. Cor. 14.** abire uobis. spiritus enim (iuxta **Paulum**) mysteria & arca-
- Apoc. 2.** na loquitur. quamobrem **Iohannes** in **Apocalypsi** sua, q̄ multa de futuris continet, inquit: **Qui** habet aures audiē-
- 1. Cor. 17.** di, audiat qd̄ spiritus dicat ecclesiis. **Cuius** modi multa re-
- 2. Thes. 2.** periuntur in **Paulo**, & alijs apostolis de uita æterna, de iudicio nouissimo, de **Antichristo**, de periculis temporum
- 1. Tim. 4.** illorum, de incremento uitiorum, hæresum &c. quæ oīa utiq; ex spiritu sancto habuerunt sancti illi homines, sicut eis hic promisit **Christus**, cui penē respondet quod dixit **Isaias**, **Adnunciat** ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt.
- 5.** **Nunc** demum quartum spiritus sancti officium addit dominus, quia clarificaturus est, **Christum**. idq; sane factum est, quia per eum tanta charitas in cordibus discipulorū accensa est, ut abiecto timore carnali, resurrectiōne eius cōstanter p̄dicarent, à q̄ tēpore passiōis pauidi fuerunt. deinceps enim impleti sunt spiritu sancto, & cum fiducia locuti sunt uerbū dei; quia quicquid facturi erant apostoli in gratia spiritus sancti, id hic **Christus** spiritum sanctū ait esse facturū. **Christus** q̄q; in mūdo uixerat contemptus & spretus ab omnibus, quo ad mundum: morte demum mortuus est turpissima, magna cū contumelia. **Tūc** uero rursus est clarificatus, quando spiritus sanctus per prædicationem apostolorum, per testimonia miraculorum declarauit **Christi** gloriā, maiestatem & diuinitatē, cum iam ille fieret dominus dominantium, data sibi uniuersa potestate quæ in cælis est & quæ in terra. **Hoc** igitur illud est quod **Christum** glorificauit spiritus sanctus,
- Apoc. 19**  
**2. Matth. 28**

primū ad illuminādos ap̄pos, deinde ad addendā illis auda-  
ciā p̄dicandi, postremo ad dādā eis uirtutē miraculose,  
unde creuit nomē dñi nostri Iesu Christi cum summa lau-  
de per uniuersum terrarum orbem. Sicq; uides quomo-  
do **CHRISTVS** in sua essentia nihil glorificetur, sed tan-  
tum à mundo gloria summa dignus agnoscat. **Quo-** **Actu. 3.**  
modo Petrus dixit ad Iudæos: **Deus gloriae glorificauit**  
**filium suum, quē uos negastis, & tradidistis Pilato. CHRIS-**  
**TVS** autem rationē huiusmodi adfert, quia de meo acci-  
piet; quod sane uerbum utut minimū uideatur, summum  
tamē & quasi caput quoddam est fidei nostrae de sancta tri-  
nitate, quod ibi tres sint personae in una essentia. **Tertia**  
enim in diuinis persona spiritus sanctus est. unde hoc quia  
scilicet de filio accipit, sed quid accipit diuinitatē, diuinā  
hanc quam habet essentiam ex illa aeterna processione,  
qua dum processit à patre & filio diuinitatem accipit,  
unde & ipse tertia est persona trinitatis. **Ecce autem &**  
**CHRISTVS** illud quod sibi dedit pater, dicit maius esse **Johan. 10.**  
omnibus. idēq; adeo ipsa est diuina substantia, quam deus  
pater cū filio simul dederunt spiritui sancto in spiratio-  
ne actiua. & hoc est quod hic dicit, **De meo accipiet.** Audi  
hic & attende, quisquis superes ex Graeculis haereticus, quo-  
niam non à solo patre procedit spiritus sanctus: procedit  
& à filio, procedit ab utroq; quia de meo accipiet, inquit  
**CHRISTVS**, sic singulis diebus dominicis in simbolo ca-  
nit ecclesia, **Qui à patre filioq; procedit.** Audi & tu infelix  
Macedoniane, quia spiritus sanctus uerus est deus, siquidē  
diuinam essentiam proprie habet & identice, ut iam non  
male faciant qui in simbolo apostolorum sic confitētur:  
**Credo in deum spiritum sanctum. Clarificabit autem ille**  
**Christum**, quia de essentia Christi accipit, sicq; & glorifi-  
cabit ipsum, dum apostolis adnunciabit omnia, & eosdem  
illuminaturus est in omni necessaria eis ueritate, sicut ille **Johan. 14.**  
dixit: **Paracletus spiritus sanctus, quem mittet pater in no-**  
**mine meo, docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia,**  
**quaecunq; dixerō uobis. O igitur omnipotens & miseri-**  
**cors deus, solita pietate nobis donare digneris quoq; gra-**  
**tiā spiritus sancti, quatenus & nos laudare possimus atq;**  
**glorificare dominum nostrum Iesum Christum, ut tan-**

2. Cor. 3  
dem post hanc uitam, deuelata facie gloriam dei intueri  
mereamur in secula seculorum, Amen.

## DOMINICA QUINTA

POST FESTVM PASCHAE,

Euangelium Iohannis. XVI.

Matth. 21  
Marc. 11  
Supra. 14



1. Iohan. 1

**I**N illo tēpore dixit Iesus discipulis suis: Amen amē dico uobis, si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis. **V**isq; modo non petistis quicquā in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. **H**æc in prouerbijs locutus sum uobis. **V**enit hora, cum iam non in prouerbijs loquar uobis, sed palā de patre meo annūciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis, & non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis. ipse enim pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis quia ex deo exiui. Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundū, & uado ad patrem. **D**icunt ei discipuli eius: **E**cce nunc palām loqueris, & prouerbiū nullum dicis, nunc scimus quia scis omnia, & non opus est